

Augustinus, Aurelius; Hieronymus: De spiritu et littera. Add: Thomas Aquinas: Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum eucharistiae. De suffragiis missae / Sermones duo de resurrectione mortuorum; De fuga mulierum; De continentia; De contemptu mundi. Add: Hieronymus: Epistola ad Paulinum presbyterum; Augustinus: Sermones de vita clericorum. Add: Hieronymus: Ordo, seu Regula vivendi Deo ad Eustochium

[Cologne: Printer of Dictys (Arnold Ther Hoernen) / Cologne: Ulrich Zel / Cologne: Printer of Dares (Johannes Solidi Seite 81 (Schilling))], About 1470-72

est ab ista que transit Itaq; sic proponendum est
si non resurgent mortui. nulla spes nobis est fu-
ture vite. si autem resurgent mortui. erit quidem
vita futura: **D**ed secunda questio est. qualis erit
Prima itaq; disputatio est. utrum futura sit re-
surrectio mortuorum. secunda vero disputatio e. qua
lis futura est in resurrectione vita sanctorum **Q**ui
ergo dicunt mortuos non resurgere christiani non
sunt. qui vero putant mortuos cum resurrexerint
carnaliter esse victuros. carnales christiani sunt:
Quicquid ergo disputationis est aduersus opi-
nionem eorum qui resurrectionem mortuorum ne-
gant. aduersus eos est qui fois sunt. ex quorum
numero non hic arbitror esse aliquem: **U**nde super-
flua videri potest nostra discussio si fuerit immora-
ta. ut docere conemur resurgere mortuos. auctori-
tatis enim pondere christianus ducendus est qui
iam christo credidit. qui nullo modo putat menti-
ri apostolum: **S**ufficit ergo ut ille audiat. si mor-
tui non resurgunt. inanis est predicatio nostra. in-
anis est et fides vestra: **S**i mortui inquit non re-
surgunt neq; christus resurrexit. si autem christus resurrexit in
qua salus est christianorum non utiq; impossibile est resurgere
mortuos: quoniam ille qui suscitauit filium suum
et ille qui suscitauit carnem suam. cetero corpori
quod est ecclesia. in capite demonstrauit exemplum
Poterat ergo esse superflua disputatio de resurrectione